



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

5 De officio & potestate iudicis delegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

iudex, quamuis Panorm. consil. 77. incipiente in quaestione, in §. dubio, volum. 2. dixerit, quod si enormis esset laesio, non requireretur dispensatio, per cap. veniens, & ca. Quintanallis, de iureiur. vide Rebussum in tomo 3. commentariorum constitutionum regiarum, tractat. de arbitris, art. 1. gloss. §. num. 1. 2. & seq. In constitutionibus autem Ludouici regis Gallorum, art. 34. in publicatis anno domini 1512. permixtum est parti grauata ab arbitro compromissario recurrere vel appellare ad iudicem ordinarium, non obstante renuntiatione facta appellandi a partibus in compromisso, vel non recurrenti ad arbitrium boni viri, ex ratione legis nemo potest, de legat. 1. Intra quod tamen tempus hic recursus haberi debeat, disputat late Rebussum dicto tractatu, de arbitris, art. 1. gloss. 8. Refertque quosdam ad 10. dies retulisse, aliquos ad annum, aliquos ad 30. vel 40. annos, ut officium iudicis, alios ad quadriennium. Resoluit autem, quod in Gallia cum recursus hic fuerit ad naturam, & causam appellationis reductus, ex vi eiusdem constitutionis intra decem dies esse appellandum, iuxta capit. concertationis, de appellatione in Sex. vel posse per constitutionem regiam dantem potestatem petendi rescissionem contractuum per 10. annos, ex dolo & fraude, ex eisdem causis intra ipsum tempus peti reductionem, nisi ante qui petere vult approbarit aliquo modo sententiam arbitri, vide & Rotam decis. 211. in antiquis, qua ait, sic intelligendum esse, ut non obstante iuramento perueniatur ad emendationem & reductionem ad equum & bonum, & illud intelligi in iuramento renuntiationis, dum modo secundum equum & bonum iudicatum esset, non aliter, pro quo etiam facit, l. si libertus, de operis libertor. P. quo pertinent iam citati textus, cap. veniens, & c. Quintanallis, de iureiur. ita iudicatum tradit in senatu Tholosano Afrerius, decis. 167. vide Guidonem Pappum, decis. §. 19. incipiente, licet.

A *f. ca. si. de foro competent. c. venerabilibus, §. 1. de senten. excommun. in Sex. Afrerius in Stylo parlamenti tit. des appellationis, vide Imbertum, libr. 1. institutio. forensium, §. nec vero. Hic est bonus vir, ad quem habetur recursus, vel ad quem ab arbitris appellatur, permittente constitutione regia, nam iudex ordinarius litigantium sine metu poena. Veruntamen, si is iudex ordinarius sententiam arbitri approbauerit, appellatio partis ab eo postea non recipietur, nisi prius fuerit soluta poena in compromisso apposta, quia presumitur pro sententia, l. heremus de euictio. in P. c. in presentia, de renuntia. ut contra, si iudex reprobaauerit sententiam, pignora & omnia occasione compromissa accepta restituenda sunt, & hoc ipsum pronuntiare debet iudex, si pars petierit, c. exposta, de arbit.*

DE OFFICIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

TITVLVS V.

a *Hac rubrica exstat, lib. 1. decretal. tit. 29. libr. 1. Sexti tit. 14. & libr. 1. Clementinarum, titul. 87. & libr. 1. Pand. tit. 21. de offic. eius, cui man. est iurisdic.*

CAPVT. I.

Continuatio & quid iudex delegatus.

Quia plerumque iudices recuperatores, seu aut delegati dicuntur arbitri, a ideo post arbitros & de delegatis dicemus. Delegatus iudex is est, qui mandatam iurisdictionem, non suo, sed alterius nomine aut beneficio exercet. Et ideo etiam fidem facere debet de mandato, antequam pro tali habeatur. c.

SCHOLIA.

a *ut in leg. 1. de pedaneis iudicibus, libr. 3. C. tit. 3. dicuntur & aliquando iudices dati, l. 2. C. eod. leg. 1. de iurisdic. omnium iud. commissarii vulgo, quibus aliqua causa, vel quippiam ex causa committitur.*

b *colligitur hac finitio ex iuribus titulorum,*

Zzzz

de offi. deleg. & de officio eius cui mada. est A
iurisdic. in P. potissimum ex l. 1. vbi & in
§. qui mandata, qui mandatam iurisdic-
tionem suscepit, nihil proprium habet, sed
eius qui mandauit, iurisdictione utitur, &
in leg. etsi prator, 3. eod. titul. Et si prator
sit is, qui alienam iurisdictionem exsequi-
tur, non tamen pro suo imperio agit,
sed eius, cuius mandato ius dicit, quoties
partibus eius fungitur. Facit capit. cum
causa, de appellatio. & expresse in cap. pra-
terea, §. de offic. delega. leg. solet prator, 16.
de iurisdic. omnium iudic. Eius quoque
auctoritate in causa, qui mandauit uti-
tur in can. 1. necessarium, 94. distin. atque
honore mandanti debito, in ca. parte com-
missa. c. nobilissimus, 97. distin. Affinia
vocabula sunt, sed diuerse significatonis,
delegatus, legatus, vicarius, officialis, lo-
cum tenens, iudex etiã datus, qui vel ma-
xime differunt, vt liquet ex propriis titu-
lis, vel ex eo, quod delegatus, vt ante dixi,
nihil proprium habet, alii autem habeant
& ordinariam iurisdictionem. Et quam-
uis iudices delegati dicantur vices gerere
delegantis, vt in c. 3. & cap. sane, quia is de
offi. delega. can. fin. 93. dist. can. 1. 94. di-
stin. est enim delegare alium in sui locum
ponere, alicuius rei demandata causa, leg.
Nezennius de re iudic. l. delegarem, de
nouation. P. Tamen non omnis, qui vices
alterius agit, dicitur ab eo delegatus, vt
notat gloss. in l. 2. de eo, qui vices alterius
gerit. Alexan. ad l. 1. de offi. eius, cui man-
da. est iurisdic. num. 12. & sequen. refert
Bartolum constituisse differentiam, inter
delegatum, & vice gerentem, quod dele-
gatus inquit, est ille, cui ipsemet iudex com-
mittit, sed vices gerens ille, cui superior com-
mittit in locum alterius, & ipse quoque ha-
bet iurisdictionem ordinariam, dict. l. 2.
de eo, qui vices alterius gerit, quod tamen
non probatur Alexandro, cum & vica-
rius dicatur, quem sibi constituit & in sui
locum summus pontifex, in ca. sua, de offic.
vicar.

in can. nobilissimus, 97. distin. cap. cum
in iure, 31. de offic. & potesta. iudic. dele-
ga. vbi & notat glossa, non credit sententia
delegati, nisi simul fidem faciat de com-
missione seu mandato, argum. cap. cum a
nobis, de testib. & illud probat etiam lex. 1.
C. de manda. princip. Si tamen aliquando
ante fuisset publicatum in iudicio rescri-
ptum delegationis, sufficit, si de hac publi-
catione constet, licet postea fuerit rescri-
ptum amissum, cap. cum olim, de privileg.
leg. publicati. C. de testamen. cap. fin. de fi-
de instrument. vel sufficiet, si sententia re-
daeta fuerit in publicam chartam & for-
mam, c. significauit, de testibus. §. 1. vt fra-
trum filii, licet videatur contrarium, cap.
cum inter vos, de senten. & re iud. addun-
tur & in gloss. dict. c. cum in iure alia, qua
fidem possunt facere. mandati.

CAPVT II.

Delegatorum species.

D
Elegatorum alii dicuntur delegati a
principe spiritali, vt a summo ponti-
fice, a vel a temporali, vt ab imperatore vel
rege, b alii ab aliis magistratibus. c Et ho-
rum rursum, alii delegati ad vniuersitatem
causarum, alii ad certam causam. e Sunt
& alii subdelegati, f eorum, quibus est ius
subdelegandi. g Sunt item quidam delega-
ti facti ex dignitate adtepta, cui delegatio
facta est, vt si delegatio fiat abbati talis lo-
ci, nam & quicumq; fiet abbas, delegatus
censetur. h Sunt contra alii delegati ratio-
ne suæ personæ & non dignitatis. i Inter
delegatos connumerari possunt cõserua-
tores dati, quibus summus pontifex com-
mittit singulariter, vt defendant aliquos a
manifestis iniuriis & offensis, qui nec ad a-
lia, quæ iudicalem postulant indaginem
concessam possunt extendere potestatem. k
E
Possent insuper constitui diuerse species
delegatorum, ratione causarum, quæ illis
committuntur. Delegantur quippe aliqui,
vel vt concordia vel iudicio, negotium aut
causam determinent, aut vt gratias a sum-
mo pon-

mo pontifice concessas ad effectum perducant, vel exsequantur. *m* Vel ut sententias executioni mandet, testes examinent, vel alia quædam agant. *n*

S C H O L I A.

a est delegatus a Papa & delegatus a principe, c. pastoralis de offic. delegat.
b l. a iudice §. de iudic. Cod. leg. 2. de sportulis, lib. 3. C. tit. 2.
c tit. de offic. eius, cui manda. est iurisdictio. l. placuit, de pedaneis iud. C.
d explicat. l. solet, 16. de iurisdict. omnium iudi. P. Solet, inquit, prætor iurisditionem mandare, & aut omnem mandat, aut speciem vnã, & hic, cui mandata iurisdictio est, fungetur vice eius, qui mandauit, non sua. Idem in l. prætor sicut vniuersam, 17. eod. tit. & mandari iurisditionem generalem, id est, sine reservatione tradit. l. cognitio, 4. de officio eius, cui manda. est iurisdict. P. meminerunt sapius interpretes de his delegatis ad vniuersitatem causarum, ut gloss. ad l. 2. ad verbum supponere, de sportulis. Cod. gloss. ad l. 1. §. qui mandata, ad illa verba, de offic. eius, cui manda. est. iuris. Et gloss. in dict. l. solet, ad verbum, omnem, aut generali deman datione iurisditionis contineri eam, que competit iure magistratus: non qua inest mero aut mixto imperio, quam specialiter delegaturus non esset, argumento l. obliga tione, de pignoribus. Pan. & mandado om nem iurisditionem mandatam quoque iudicis dandi licentiam. ut leg. imperium, §. fin. de iurisdict. omnium iudi. Hincque fiet, ut qui ita ad vniuersitatem causarum delegatus sit, possit vnã causam subdele gare, ut in leg. 1. in fin. quis & a quo appel letur. Pan. non omnes. Cum tamen ad vnã causam delegatus, subdelegare non possit, quia non iurisdictio, sed species iuris dictionis est subdelegata, hæc prædicta ait Glossa.
e dictal. solet, cum similibus.
f Delegati quib. primum delegata vel mã data sunt iurisdictio. Subdelegati vero qui

a delegatis iterum delegantur.
g non enim omnes habent ius subdelegandi, ut dicemus paulo post.
h Exemplum, ut si causa delegetur cognitio iudicibus Archiepiscopo Tholosano & ab bati sancti Saturnini, eiusdem ciuitatis, non adiectis nominibus. In qua formula mortuo vno pralato, alius qui ei succedit in beneficio, subrogatus & delegatus censetur c. quoniam abbas, 14. de off. & potest. iudi. deleg. quia dignitas nunquam moritur, c. si gratiose, de rescrip. in Sex.
i quando exprimitur persona delegata no men, cuius censetur electa industria, que non potest explicari per aliũ eius successo rem in hereditate, leg. quia late, solut. mat. Pandect. leg. inter artus. solut. mat.
k capit. 1. & final. de offic. & potesta. iudi. delega. in Sexto. libr. 1. titul. 14. not. at. & in capit. 1. glossa ad verbum. conseruato res, hos conseruatores esse iudices delegatos, cui & suscribunt Petrus Ancharanus & Ioannes Andreas. Quod formari potest ex eo, quod illa decretales, & finales ponuntur sub titulo de officio delegati.
l cap. 1. in fine & ibi Gloss. ad verbum, con cordia de mutuis petitio. cap. querelam, de simonia. auth. si vero, Cod. de iudic. ca. final. ibi qua dissoluta de transactio.
m ut in cap. is cui, 12. de officio & potesta. iu dic. delega. in Sexto cum similibus, isti vo cantur etiam exsecutores gratiarum.
n cap. super questionum, 17. de officio & po testa. iudic. delega. cum similibus ibi, nota. leg. 2. Codic. de pedaneis iudicib.

CAPVT III.

Qua delegari possint.

Delegari per summum pontificem cau sas, quæ suæ potestatis sunt, nemo du bitat, propter plenitudinem potestatis eius. a Magistratus quoque, qui suo be neficio habet iurisdictionem, potest ea, quæ iure magistratus competunt manda re, quæcunque autem specialiter lege vel

senatusconsulto, vel constitutione principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur. *b* Verum mandata iurisdictione priuato, etiam imperium quod non est merū videtur mandari. Quia iurisdictione nulla est sine modica coercitione. *c* Merum vero imperium non mandatur a magistratu, qui illud habet. *d* Delegantur porro causæ, quæ pertinent ad iurisdictionem delegantis, non quæ alterius sunt iurisdictionis. *e* Poterit & Archiepiscopis impeditus delegare, & alteri ex coepiscopis committere cōsecrationem sui suffraganei, dummodo catholicus habeatur, & impedimentum ei ex subtractione sedis apostolicæ non obstat. *f*

S C H O L I A.

- a* in pontifice summo, plenitudo est potestatis, cap. proposuit, de concess. prator. & omnes quoque iurisdictiones a principe pendent, ideo potest eas in solidū, & pro parte delegare, & cui voluerit committere.
- b* leg. 1. de offic. eius, cui mand. est iuris. lib. 1. Pand. tit. 21. ita in leg. cum hi, 8. §. sed nec mandare, de transactionib. magistratus non potest mandare alteri fugiendam inquisitionem decretā in transactione alimentorum, cum ea sibi iniuncta a lege sit, alia exempla sunt in l. 2. de pedaneis iudicib. modica autem negotia posse mandari a magistratibus, dicitur in l. fin. eiusdem tit. de peda. ind.
- c* dictum & ratio ponuntur, in l. si. §. si. & l. 1. §. fin. de offic. eius, cui mand. est iur. & de ratione, in l. 2. de iurisd. omnium iud. P.
- d* dict. leg. 1. §. qui mandatum, de offic. eius, cui man. est iur.
- e* l. 1. qui pro sua iurisd. iudices dare dari-ue poss. lib. 4. C. tit. 4.
- f* c. quod sedem, 10. de offic. iud. ordin.

C A P V T I I I I.

Qui delegare possint.

Princeps, summus Pontifex, & magistratus igitur, mandare & delegare pos-

A sunt, exceptis proxime dictis. Porro a iudice iudex delegatus, iudicis dandi potestatem non habet. *a* Nisi a summo Pontifice vel principe delegatus fuerit, quo calu & subdelegabit, *b* etiam si fuerit ei iniūctum personaliter exsequi commissum, de consensu tamen partium, quorum interest, *c* præterquam si summus pontifex deleget personaliter confessionem inquisitionis, vel demandet potestatem providendi ecclesiis de prælatis, vel aliis ministris, in quibus cum personæ fides & industria electa sit, delegatus etiam cum consensu partium non poterit subdelegare, *d* nisi formam commissionis habeat, vt per se vel per alium possit hoc expedire. *e* Quemadmodum nec is, cui commissum fuerit prædicare crucem, excommunicare vel absolueri aliquos, dispensare cum irregularibus vel iniungere pœnitētiās, poterit aliis demandare, quia non iurisdictione, sed certum ministerium potius in hac parte sibi commissum sit. Excepta legatorum sedis apostolicæ auctoritate, qui hæc possunt. *f* Sic etiam conseruatoribus non licet, nisi expresse permittatur alios conseruatores facere, vel alios delegare. *g*

S C H O L I A.

- a* cap. cum causam, 62. §. final. de appellatio. lib. 2. tit. 28. leg. a iudice, 5. de iudicis, C. lib. 4. tit. 1. l. fin. de iuris. omnium iudic. Pand. Mandatum, inquit Paulus, iurisdictionem mandati alteri nō posse, manifestum est, & Iulianus in l. more maiorum, 5. eod. tit. more maiorum ita comparatum est, vt is demū iurisdictionem suam mandare posset, qui eam suo iure non alieno beneficio haberet. Nec obest, quod legatus proconsulis mandata sibi iurisdictione habeat licentiam, dandi iudicem, l. legatus mandata, 12. de offic. proconf. Pandect. qui tamen nihil proprii habet, nisi a proconsule mandata fuerit ei iurisdictione. l. legati proconsulis, 13. eo. Nam vt diximus in officio legati supra, isti habent

bent quodammodo iurisdictionem a lege, A
 v. l. penultim. ibi cum propria iurisdictione,
 de offic. eius, cui mandata est iurisdictione.
 Et in l. cum prator, 12. §. 1. de iudic. ibi,
 iudicem dare possunt, quibus id lege,
 vel constitutione, vel senatusconsulto
 conceditur, leg. sicut proconsuli, is
 quoque, cui mandata est iurisdictione iu-
 dicem dare potest, ut sunt legati pro-
 consulum, item ii, quibus more con- B
 cessum est propter vim imperii, sicut
 praefectus urbi caeterique Romae magi-
 stratus, &c. Sic officialis & vicarius epi-
 scopi, subdelegare possunt. Sed & est sin-
 gularis glossa. ad cap. 16. cui, 12. ad ver-
 ba per alium, de officio deleg. in Sext. quod
 quamvis delegati a magistratibus simpli-
 citer subdelegare non possint, quia non ha-
 bent a lege potestatem, tamen si delegati sint
 cum potestate, ut per se, vel per alium pos-
 sunt, negotium expedire, id ipsum poterunt:
 quod probari etiam per praedictum capit.
 potest. Quemadmodum procurator ad iu-
 dicia datus alium subdelegare vel subro-
 gare non potest ante litis contestationem
 ex potestate iuris, cap. 1. & 2. de procurat.
 in Sext. nisi ad rem suam datus esset. At-
 tamen si habeat mandatum speciale subde-
 legandi vel substituendi, potest, ut & pro-
 curator ad contrahendum matrimonium
 qui iure alium subrogare non potest, pote-
 rit alium suo loco constituere, si habeat ad
 id mandatum speciale, idque ex potestate
 hominis non legis, cap. final. de procurat. in
 Sext. Idem dicitur de compromissario ad
 eligendum, ca. penultim. §. porro, de elect.
 in Sext. cum similibus. Atque ita hodie in
 praxi & in usu communi servatur, ut or-
 dinarii delegent cum clausula, per te vel
 per alium quem ex nunc, &c. ut notat
 Philippus Francus, ad dict. c. is cui, ubi &
 remittit ad Bartolum in leg. more maio-
 rum, de iurisdic. omnium iud. & tenet Bal.
 ad leg. non distinguemus, §. quassum per
 illum tex. de recept. arbitr. P.

b cap. quoniam apostolica, 43. de offic. & po-
 testate. iudic. deleg. cap. super quastionum,
 27. eo. dict. cap. is cui, 12. eod. tit. in Sext.
 & leg. a iudice §. de iudic. C. leg. vnic. C.
 qui pro sua iurisdictione indices dare, &c.
 c dict. cap. quoniam apostolica, §. 1. de offic.
 deleg. cap. cum dilecta, 22. & ibi glossa ad
 verbum mentio, de rescrip. Consensire au-
 tem debent, quorum interest personaliter
 mandatum per delegatum non impleri, a-
 lioquin mandatum persona inunctum, in
 persona exsequendum est, leg. qui heredi,
 de conditio. & demonstratio. l. si. de verbo.
 oblig. P. l. inter artifices, de solutio. P.
 d dict. capit. quoniam apostolica, §. 1. versic.
 praterquam.
 e nempe cum ita committitur non expressa
 certa persona, ut alicui persona idonea, de
 certa ecclesia vel beneficio providerit: quia
 circa electionem persona eius industria vi-
 detur tunc electa, & ita sibi commissum
 alteri demandare non poterit, nisi forma
 commissionis contineat, ut per se vel per a-
 lium id possit expedire, d. ca. is cui. 12. §. 1.
 de offic. deleg. in Sext.
 f dict. cap. quoniam apostolica, §. fin. de offic.
 delega.
 p cap. final. de offic. & potestat. iudic. deleg.
 in Sext.

CAPUT V.

Qua observare debeat delegatus.

I N delegationibus observanda est for-
 ma mandati seu commissionis aut dele-
 gationis, & illa sequenda, a Item videndum,
 ut certi iudices delegati sint, cum rescripta
 de incertis eligendis non valeant. b Non
 est facienda extensio delegationis de per-
 sonis contentis in illa ad non expressas. c
 E Nec de re ad rem in procuratore sine man-
 dato. d Locum tamen ad exsequendum
 mandatum, si comprehensus in eo non sit
 executioni commodus, delegatus in com-
 modiore transferre poterit, sine dolo
 malo tamen & fraude. e Exceptis confer-
 uatoribus, qui non possunt munus suum

exsequi alibi quam in ciuitatibus vel dice-
 cesibus sibi constitutis. *f* Quanquam au-
 tem iudici delegato expediat formam sibi
 statutam seruare, debet nihilominus ra-
 tionabiles exceptiones admittere, & in
 causa iuxta iuris æquitatem procedere.
 Nisi in literis delegationis (quod tamen
 raro vel nunquam fit) exprimat, quod
 nullæ exceptiones debeant admitti. *g* Ita-
 que erit quidam ordo de legatis cogno-
 scentibus seruandus, & citatio non omit-
 tenda ante decretum. *h* Quod si diuersæ
 delegationis literæ præsententur aut offer-
 rantur, priores sequendæ; si secundæ illis
 non derogent, vel de illis non meminerint. *i*
 Si tamen diuersæ literæ de eodem nego-
 tio sub contraria forma exhibentur eius-
 dem datæ, suspendendum erit iudiciũ, do-
 nec consulatur summus pontifex, a quo
 processisse dicantur. *k* Ceterum interdum
 committitur simpliciter causa duobus, quo
 casu iudicium ab vno sine altero latũ non
 valet, *l* cum eo enim, vel cum eius subde-
 legato iudicandum est. *m* Id ipsum plures
 dentur vel delegentur: nisi in commissio-
 ne fuerit clausula apposita; *Quod si omnes*
interesse nequiverint, duo vel alter eam nihil-
ominus exsequantur. Quo casu & absente
 eo, qui iudicio interesse subterfugit, iudi-
 cium ab aliis factum tenet. *n* Quemadmo-
 dum duobus delegatis cum clausula, *quod*
si ambo, &c. si alter ex illis fuerit recusa-
 tus, alter ex illis solus iudicare potest,
 nec teneret processus, si cum recusato
 procederet. *o* Cum autem plures iudi-
 ces vel exsecutores a sede Apostolica de-
 putari contingit, sub illa forma, *ut omnes*
aut duo vel vnus eorum mandatum Aposto-
licum exsequantur, aut sub alia simili for-
 mula; *Quod quilibet eorum in solidum per se*
iudicare & exsequi possit, & quod alter alte-
rum non expectet aut requirat; ipsorum
 quilibet libere iniunctum potest adimple-
 re mandatum, vno autem incoante. ceteri
 non possunt vltius se de negotio intro-
 mittere. *p* Eadem autem formula rescripti

A debet iudicari auctor reconuentus, quo lu-
 dicaretur reus conuentus. *q*

S C H O L I A.

- a* *cap. cum contingit, 36. cap. venerabili, 57.*
de officio & potestate iudicis delegati. neque et-
iam immutandus est ordo scripturae, cap.
cum dilecti, 22. de rescriptis. c. si rector, 43.
distinctio canonum in grauius, 3. quæst. 6. ca. in
primis, 2. quæst. 1. Si modo forma iuri non
contradicit, aliter si contradiceret, nec ex-
presse ei derogaret, canon. eam te, de auctoritate &
qualitate. Si quidem, quamuis contradicat
& nihilominus summus pontifex ita fieri
mandet vel princeps forma erit sequenda,
et si durum videatur mandatum. ca. con-
tra morem, 100. distinctio. ca. in memoriam,
19. distinctio. Veruntamen semper intentio
mandantis, quatenus liquere poterit, erit
potius sequenda, quam verborum superfi-
cies, cap. super eod. 15. de officio delegati. cap.
audita, de restit. spolia, c. cum causam, &
c. fin. de præben. cum alioquin actus ad in-
cogitata extendi non debeant, leg. tres fra-
tres, de pact. Pandect. l. cum Aquiliana, de
transact. Pand. nam duo ad actum huma-
num valide perficiendum concurrere de-
bent, voluntas & potestas, l. multum inter-
est. C. si quis alteri. ver. sibi.
- b* *c. ad hac sumus, 10. de rescriptis.*
- c* *ca. significante, 34. cap. Rudolphus, de re-*
scriptis. c. quia quæsitum, c. leg. & glo. 40. de
officio. & potestate iudicis delegati.
- d* *c. cum olim, 33. eo. tit. de officio delegati.*
- e* *ca. statuimus, 13. de officio delegati. in Sexto sic*
& tenetur citare ad locum non suspectum,
c. cum R. 35. de officio delegati.
- f* *c. fin. §. vices, de officio delegati. in Sexto.*
- g* *c. ex parte tua, 23. de officio delegati. Sicque se-*
cundum iuris ordinem procedendum po-
tius quam secundum formam rescripti, ni-
si expresse aliter caueatur, in eod. cap. cau-
sam, qua inter, de rescriptis.
- h* *c. consultationibus, 10. de officio delegati.*
- i* *cap. ex parte N. 12. de officio delegati. videli-*
cet quando utraque litera fuerint specia-
les, &

lis, & fuerunt simul presentatae, alioquin A generalibus speciales derogant. cap. 1. de rescript. atque prius presentata potius sequenda. c. capitulum, de rescrip.

k c. 2. de offic. delega.
l ca. causam matrimonii, 16. eod. tit. altero scilicet absente, can. ei qui, §. definitum, 2. qu. 6. idem si plures sint & alter sine altero pronuntiet non valebit, leg. duo ex tribus, de re iudica. Pand. si. ca. de sentent. & re iudica. lib. 2. tit. 2. 7. cuius verba, duobus iudicibus, ut accepimus, diuersas sententias proferentibus, si ex iurisdictione ordinaria processerunt, tenet pro reo non pro actore sententia, nisi in causa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote testamenti pro ipso fuerit promulgata. Si vero ex delegata potestate utraq; pendet sententia ex arbitrio delegantis. Quod si ex compromisso, neutra debet habere vigorem.

m c. cum causa, 22. de offic. deleg. c. 3. eod. tit. in Sex. Si tamen apposita fuerit clausula, quod si non ambo, &c. non tenetur collega collega impediti subdelegatum ad indicandum admittere, cap. coram dilecto, 34. de offic. delegat.

n c. prudentiam, 21. §. adiucimus, de offic. delega. consulti tamen debet tertius; & absens interpellari, aliter alii nihil agerent, c. cum causa, 22. eod. tit. atque ibi glossa singularis ad verba, ad illis, notat, constare debere quod interpellatus & rogatus noluerit cum eode delegatus adesse, vel noluerit alium in sui locum subdelegare, ibiq; videnda plura notabilia de hac questione.

o c. cum super abbacia, 23. de offic. deleg.
p ista omnia expresse traduntur, in cap. cum plures, 8. de offic. delega. in Sexti. ubi glossa singulariter notat, istam formam differre a superioribus, quod si non omnes, &c. E vel, quod si ambo, &c. Nam illa sunt conditionales & exigunt interpellari nolentes, vel qui non possunt interesse iudicio. Et quod de illorum constet impedimento & voluntate. Quod non exigitur in aliis clausulis,

in quibus est disiunctiua clausula, non conditionalis. Est & alia differentia notata ad dictum c. cum plures, ad verbum, nequibunt. Quod in clausula, quod si non omnes, vno impeditio procedit alter, cessante vero impedimento & simul procedunt. Et impeditus expeditus veniens cum alio, qui cepit, potest procedere, ut & notatur a glossa 2. in d. ca. quoniam abbas, & a glossa pen. ad c. coram, de offi. & potest. iud. deleg. At in clausula, ut omnes aut duo, vel vnus, &c. vno incipiente procedere alii in posterum excluduntur, & perpetuatur eius iurisdiclio per preoccupationem, d. ca. cum plures. Ea q; preoccupatio, quod pertinet ad perpetuandam iurisdictionem, fit per solam citationem, ante litis contestationem, c. gratia, c. super eo, de offi. & pot. iud. deleg. c. si a subdelegato, eo. tit. in Sex.

q cap. 2. de mutuis petitionibus. lib. 2. tit. 4.

C A P. V I.

Quibus possit delegari.

Svmmus pontifex non solet aliis, quam in dignitate ecclesiastica constitutis delegare, aut canonicatum, aut personatum in ecclesia cathedrali habenti, & maiori non minori 20. annorum, nisi & aliis & his ex certa scientia committeret. c. Ita delegatus a papa non potest subdelegare, non habenti dignitatem. d. Magistratus vero spiritualia delegare vel subdelegare non poterunt laicis. e. Non licet quoq; episcopis ea, quae sunt ordinis episcopalis delegare non episcopo, alia potest alioquin idoneis. f. Nihil prohibet autem iudices delegatos, si suspecti sunt recusare, g non minus quam iudices ordinarios, & ex illis deum causis, quae coram arbitris eam ob rem deputatis probantur. h Nisi si contra vnum ex duobus iudicibus datis a sum. pontif. cum clausula (quod si ambo interesse non possint alter illorum in causa procedat) suspicionis causa legitima proponatur, quia tunc coram non recusato iudice causa proponenda. i. Quemadmodum si delegatus episcopi, vel eius officialis

recusetur, causa probanda erit non coram arbitris, sed coram episcopo. **k** Poterit at delegatus sum. Pont. suspectus, ante causas non suspectum subdelegare. **l** Grauiissime autem arguendus est & puniendus, qui mandatum apostolicum exsequi non vult. **m** sicut & delegatus a principe, qui tamen, si non malitiose se exoneret, potest cogere subdelegatum acceptare subdelegationem. **n** Alii tamen iudices non possunt cogere inuitos non suae iurisdictionis homines, accipere delegationem, vt nec Archiepiscopus suffraganei sui subditum ad id compellere possit. **o**

S C H O L I A.

- a** cap. statutum, de rescript. in Sexto. Clem. 2. eod. tit. vbi & prior conuentualis dicitur idoneus ad delegationem & habere dignitatem, non prior claustralis, qui est secundus post abbatem. Sed neque delegatus a sum. Pontif. potest subdelegare causa cognitionem, nisi personae qualitatis idonea, iuxta praedictum. c. statutum, meram autem executionem potest. decis. Rota 98. nota quod executor, in antiq.
- b** cap. cum vicesimum, 41. de offic. delegat. cap. cum in cunctis, de elect. l. cum praetor. de iudic.
- c** vt not. in d. clem. 2. de rescript. & ad dict. c. cum vicesimum.
- d** sic communiter tenetur, in d. c. statutum, §. in illo, de rescript. in Sexto. glo. ad ca. cum te, 18. de offic. deleg.
- e** c. decernimus, de iud.
- f** c. aqua, de consecra. eccle. vel altar. c. quod sedem, eod.
- g** & ab initio ante litis contestationem, cap. causam qua, 17. de offic. deleg. & post contestationem, ex noua causa postea suborta, vel de nouo apparente, ca. insinuante, 25. E eod. tit.
- h** c. suspicionis, 39. de offic. deleg. c. 4. eod. tit. in Sexto.
- i** dict. ca. si contra vnum, 4. de offic. delega. in Sexto.

k dict. c. si contra, §. pen. & fin. & vbi glossa, ad verbum, episcopi, notat id ipsum habere locum in recusatione subdelegati, vt probetur coram subdelegante, qui non abdicauit omnino a se potestatem.

l cap. iudex ab apostolica, 5. de rescript. in Sexto.

m c. sciscitatus, de rescript. cap. prudentiam, 31. §. adiciamus, de offic. delega. vbi glossa ad verbu, arguendus, notat, a quibus argui & puniri hic contumax debeat & possit. An autem in aliis, quam summo Pontifice delegantibus id ipsum locum habeat, & possint cogi acceptare delegationem, mox dicitur.

n cap. pastoralis, 28. in prin. & §. item cum totum, de offic. delegat.

o cap. pastoralis, 11. de offic. ordinarii, libr. 1. tit. 31. vbi tamen glossa ad verbum, inuitum, notat, quod episcopus potest cogere subditos subditorum suorum acceptare delegationem.

C A P V T V I I.

De potestate delegatorum.

Delegatorum potestas & auctoritas ex auctoritate & potestate delegantis metienda erit, & ex mandato concesso. Vt si a summo pontifice vel principe, quis delegatus sit, maiorem habeat auctoritatem supra personas sibi commissas, & supra ipsum ordinarium, & proinde contra rebelles & impediens iurisdictionem potest vti interdicti, suspensionis & excommunicationis sententia, a adhibito tamen temperamento coercionis, & habitacione personarum, in quas animaduertere voluerit. **b** Potest principis delegatus subdelegare, & transferre potestatem, vel sub hac formula, *Quoties enim abesse coegerit, c. vel donec vices concessas duxerit renouanda.* Et si delegatio fiat rerum alicuius prouinciae, si postea illa in duas diuidatur, retinet nihilominus potestatem in vtramque. **d** Delegatus a summo pontifice, potest exsequi sententiam suam vsque ad annum, e autem habere

bere ordinario illam exsequi. f cui tamen A
prius fides fieri debet de recripto delega-
tionis. g

SCHOLIA.

- a ca. 1. § c. sane, 11. de offic. & potesta. iud. de lega. c. pastoralis, de offic. ordin. idque vice summi pontificis quam gerit, can. fin. 93. dist. c. 1. 94. dist. l. si prator, de offic. eius, cui mand. est iurisd. P. cum similib. neque etiam ex causa resistit ordinarius. l. si quando, §. si. de offic. iudi. deleg. neg. sine aliqua coercitione unquam mandatur iurisdictioni, ne inutilis sit, & sine effectu potestas, c. praterea, §. c. significasti, 7. c. pastoralis, 28. §. fin. de offic. & potesta. iudic. delega. l. fin. §. fin. de offic. eius, cui mand. est iurisd. P. Itaque mandata iurisdictione omnia censentur mandata, sine quibus ea expediri non potest. l. 2. de iurisd. omn. iud. & unicuique etiam licet penalis iudicio iurisdictionem suam tueri. l. 1. si quis ius dicenti non obtemperauerit. P
- b c. sane, 11. de offi. & potesta. iud. deleg. ca. 2. eod. tit. in Sext.
- c c. si delegatus, 7. de offic. deleg. in Sext.
- d ca. unic. de offic. delegat. in extranag. communib.
- e c. quarenti, 26. de offic. deleg. ubi sunt pulcre & copiosa glossa.
- f c. pastoralis, 28. §. quia vero, eod. tit.
- g c. cum in iure, eod. tit.

CAP. VIII.

- 1 De suspensione iudicis delegati.
- 2 Et appellatione,

Iurisdictione delegatorum † porro interdum suspenditur, interdum extinguitur. Suspenditur quando recipi potest, quod sit, veluti si quando literæ variæ delegationis proferantur, donec enim delegans consultus, de his certum quid statuerit, suspenditur executio, a Item si delegatus subdelegauerit, & subdelegatus antequam ceperit cognoscere, moriatur, tunc enim delegans reassumit datâ iurisdictione

nem, b & suspensio fit quandiu delegatē abesse contigerit. c Suspenditur & per propositam recusationem, donec de causis pronuntiatum fuerit, num fuerint improbæ. d

Item si appellatum sit a sententia delegati, & alii iudices dati sint, pro causa appellationis, e appellatur autem a delegato ad delegantem, f a subdelegato vero, cui non fuerit in totum causa commissa, appellatur ad subdelegantem. g Sic enim ab eo tanquam a iudice cū iurisdictione dato appellatur, si tamen ei tantum medium causæ commissum sit, ab ipso, tanquam ab auditore, appellari nō potest, nisi mandati fines excedat, vel merito sit suspectus, vnde possit recusari. h Quando etiam delegatus a summo pontifice in alium totam iurisdictionem subdelegat, non ad subdelegantem, sed ad summum Pontificem erit appellandum. i Veruntamen delegato procedente cū subdelegato alterius condelegati summi Pontificis, appellatio deuoluitur ad summum pontificē delegantem. k Item si delegatus, tempore appellationis a subdelegato inueniatur excommunicatus vel mortuus, ad eūdem summum pontificem erit appellandum, l idipsum fiet in aliis casibus a subdelegato appellando, si negetur, delegatū vllam iurisdictionem habere, m vel si fiat prouocatio ab arbitris iuris datis pro suspitione iudicis a principe delegati. n Fit tamen aliquando delegatio appellatione remota, ex qua clausula, nihilominus non censetur princeps voluisse præiudicare iuri cuiusquam, quare permittitur ea non obstante, ei cuius intererit appellare. o

SCHOLIA.

- a c. 2. de offic. & potesta. iud. deleg.
- b c. quamuis alicui, 6. eod. tit. in Sext.
- c c. si delegatus, 7. eod. tit. in Sext.
- d c. suspitionis, de offic. delega.
- e c. pastoralis, 28. §. praterea, de offic. & potesta. iud. deleg. generalis quippe est regu-

AAAAA

- la, quod appellatio suspendit iurisdictionem, tit. nihil noua. appell. pend. P. debetq, interim differri executio sententia, si per eam alicui praiudicium irrogetur, c. cum super controuersia, de senten. & re iud. Nisi praesumptio in contrarium sit, quod malitiose sit appellatum, quemadmodum dicitur in restitutione in integrum, ca. suspicata, de restitut. in integr.
- f** in c. super questionum, 27. §. si. de offi. deleg. a. l. 3. C. de pedaneis iudicib. l. i. l. fin. quis & a quo appell. cum simil. de quib. agetur inferius. tit. 15. c. 3. glo. 2.
- g** c. cum te consulente, 18. de offi. deleg.
- h** d. c. super questionum, 27. §. verum, de offic. deleg. a. nudo ministro enim & exsecutore alioquin non appellatur. l. ab exsecutore, 4. de appellationi. P.
- i** d. c. super questionum, §. porro.
- k** cap. 3. de offi. iud. deleg. ubi tamen glossa, ad verba cum delegato, notat, quod si in rescripto delegationis esset clausula, quod si non omnes, & duo committerent, & tertius se excusaret nec committeret, quod in hoc casu ab illis duobus subdelegatis ad delegatos subdelegantes appellare iur, & non ad primum delegantem. Cessat enim, inquit, ratio textus, etiam si ab initio fuerat concessa delegatio appellatione remota. cap. super questionum, 37. si vero, de offic. delegat.
- l** c. si is cui causa, 10. eod. tit. in Sexto. nempe si sit excommunicatus maiori excommunicatione. nam ex minori non impediuntur, qua sunt iurisdictionis. c. si celebrat, de clerico excommunicato ministra.
- m** c. si a subdelegato, 14. de offi. & pot. iud. deleg. in Sexto.
- n** c. ab arbitris, 11. eod. tit. in Sexto.
- o** ca. super eo, 15. de offic. delega. can. non solent, 2. questio. 6. Et quia, ut diximus, non fit extensio negotiorum aut personarum in rescriptis, ideo omnes, quorum interest, possunt se rescripto opponere, & ita postea appellare, si ius eis non reddatur, alioquin nisi se interponerent vel obicerent, non admit-
- A** terentur, ut notat glossa. fin. in d. ca. super eo, argum. l. si eo tempore, de remiss. pigno. lib. 8. C. tit. 26. & licet appellatio remota sit a principali, tamen non censetur remota ab incidenti questione, ca. cum teneamur, de appellat.

CAPVT IX.

De extinctione iurisdictionis & potestatis delegati.

B Extinguitur porro in totum potestas delegati, si ipse pronuntiet, se non habere iurisdictionem. *a* Si intra certum terminum ad causam decidendam datus, non iudicauerit, & dies praefixa, non fuerit de communi partium consensu prorogata. *b* Item morte vnus delegatorum simpliciter datorum, si aliud in delegatione non fuerit expressum. *c* Vel si condelegatus seu collega non possit iudicare, puta factus infamis, *d* aut fuerit remotus ut suspectus, *e* Finitur item morte delegatis re adhuc existente integra, antequam ad vllum actum processerit delegatus. *f* Aliter autem si res non sit integra dicendum, veluti si citatio iam fuerit facta partis. *g* aut lis contestata ante mortem delegantis. *h* Et nisi forsitan delegatio facta sit pro executione gratiae, quae non extinguitur morte delegantis, ut nec delegatio inquisitionis haereticae prauitatis, *k* aut legationis prouinciae. *l* Extinguitur etiam delegatorum potestas reuocatione eius, seu delegationis, re integra facta. *m* Et per malitiam vel negligentiam delegati. *n* Item per legitimam & admissam eius recusationem. *o* Dehinc, si delegatione generali facta, postea causa in specie alteri delegetur, per eam enim specialem a generali censetur exempta. *p* Similiter si delegatus causam retulerit ad delegantem, non poterit de ea, sine noua delegatione amplius cognoscere. *q* Ex quo etiam iudex, vel per se, vel per alium sententiam executioni mandauerit, vel mandati praeeperit, cessabit eius auctoritas & iurisdictione, *r* quemadmodum per appellationem

nem ab eo interpositam legitimam, s. vel aliter per illam admittam. Sub delegati etiam finitur iurisdictio, finita potestate subdelegantis re integra, non aliter. **A**

S C H O L I A.

- a** cap. significantibus, 38. de offic. delegat. ubi nec potest postea deposita ex consensu partium reassumere iurisdictionem.
- b** ca. de causis, 4. cap. consuluit, 24. de offic. & potestat. iudic. delega. vide tractata per gloss. ad C. Pand. & 6. eo. titul. de prorogatione iurisdictionis.
- c** cap. vno delegatorum, 42. eod. tit. nisi fuerit apposta clausula, quod si non omnes. Id ipsum dicitur si delegatus moriatur, usque adeo, ut nec iurisdictio delegata Episcopo, mortuo eo, sede vacante transferatur ad capitulum, ut ait Ioan. Andre. ad c. ad abolenda, de heret. in ultim. gloss. in nouellis. Felin. ad c. eam te, de rescript. Rota decis. 353. nota quod capitulum, & c. in antiq. licet contrarium teneat Ioan. Monach. ad ca. vnic. de maior. & obed. Ratio decisionis textus nostri capituli, quod alter delegatorum sine altero procedere non potest, & pro vno habentur, ut simul etiam iudicare iussi sint. l. duo ex tribus, de residic. Pand. quamuis alter alteri dum vivit, possit suas vices concedere, ita efficaciter, ut si is coeperit cognoscere, nihil interfit an possit postea iudicare, sed solus procedet, c. quamuis, c. licet, de offi. delega.
- d** cap. sciscitatus, de rescript.
- e** dict. c. licet, 30. de offic. deleg.
- f** dict. cap. licet, & cap. fin. §. 1. de offic. legat. l. & quia, de iurisdict. omnium iudic. generaliter morte mandantis renocatur mandatum, §. recte, de manda. apud Iustinian. l. si vero, §. si mandauero, mandat. P. nisi forsitan tale mandatum sit, quod post mortem mandantis habeat executionem, ut dicitur de executoribus testamentorum, de mandatis impositis heredibus, de implenda voluntate.
- g** Per citationem enim hic quod pertinet ad

perpetuandam iurisdictionem, videtur lis coepta, cap. gratum, 20. de offi. delegat. Res litig. etiam efficitur per libelli oblationem, quod ad eandem iurisdictionis perpetuationem pertinet. l. 1. quando libellus principi datus litis contestationem faciat. can. anteriorum, 2. q. 6.

- h** ca. relatum, 19. de offic. deleg. adde. c. 6. & 7. eod. tit. in Sexto. Caterum si post mortem mandantis partes responderint coram eodem iudice, nulla de eo obiecta exceptione, valebit gestum & iudicatum, ca. cum venissent, 25. de appellat. veluti ex consensu partium.
- i** cap. si super, 9. de offic. delegat. in Sexto. quando videlicet ipsa gratia non perimitur morte concedentis, & cui executoris datio veluti accessorium cohaeret, ut ibidem dicitur, & ita consentit, ca. si cui, de prob. in Sexto.
- k** Na hec delegatio non expirat morte mandantis, c. ne aliqui, 10. de heret. in Sexto.
- l** c. legatos, 2. de offi. legat. in Sexto.
- m** cap. ut nostram, de appellat. cap. quamuis alicui, 6. de offic. delegat. cap. 1. de rescript. l. iudicium soluitur, §. 8. de iudic. Pandect. §. recte, de manda. l. si vero §. si mandauero, manda. P.
- n** c. quoniam, de offi. deleg.
- o** c. licet, de for. compet. c. secundo requiris, de appellat.
- p** in c. 2. de offic. delegat.
- q** c. licet Tranenses, §. de offic. legat. can. nomen presbyteri, 2. q. 1. can. multum super, 3. qua. 6. l. 1. C. de relationib. l. ex illo, C. de relationib. l. ex illo, C. de appellationib. & in dec. Rota, 718. dicit quod, in antiq. dicitur quod iurisdictio delegati expirat per remissionem causa ad seniore, per cap. ex literis, de offic. delegat.
- r** cap. in literis, 9. eod. nempe cum effectu, c. significasti, & c. quarenti, c. venerabilis, eo. tit. l. in dex posteaquam, de re iud. P.
- s** c. ut debitus honor, de appellat.
- t** c. interposita, & c. saepe, de appellat.
- v** c. si. de offi. leg. l. venditor, 49. §. si. de iudic.